



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

N. I. Formalia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53029](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53029)

1648.
Sept.

nen Mediatoribus, um mit dem Grafen Servient darüber zu tractiren, zugestellet: Ersuchten also die Stände, dieselbe auch anzunehmen, wie die Anlage sub N. I. zeigt, weil nichts unbilliges darinnen enthalten wäre, und möchten sie sich darüber vernehmen lassen; diesem vorgängig, erklärten sie sich ferner: (1) So viel die puncta utriusque Coronæ communia betreffe, als *Amnestia, Gravaminum, de Helvetiis, Reformatis, Juribus Statuum, Commerciorum, punctum Equivalentium, Executionis & Assesurationis*, dieselbe approbirten Ihre Kayserliche Majestät allerdings, wie solche in dem Instrumento Gallico enthalten wären, wie nicht weniger (2) die *Satisfactionem Gallicam*, massen solche einmahl zwischen ihnen und dem Französischen Gesandten verglichen worden sey; So viel aber (3) den punctum *Assistentie* betreffe, darüber hätten sie noch zu Zeit keine particulare Instruction, hofften aber,

es sollte dieselbe bey nechster Post, als den 20. Sept. gewiß ankommen, bis dahin sie ihnen Frist zu verstaten begehrten.

Die Stände unterredeten sich hierauf besonders, und liessen sich mit einer solchen Antwort, wie N. II. besaget, dagegen vernehmen, welche Antwort zwar anfänglich denen Kayserlichen Gesandten nur mündlich erdffnet, nachgehends aber, wegen ihrer Importanz, schriftlich verfasst und ad Dictaturam gebracht wurde. Wornit dann dieser Actus sich geendiget, und haben die Kayserlichen Gesandten bey dem Weggehen bezeuget, daß sie die Sachen möglichst beschleunigen wolten, auch in der Hoffnung ständen, daß Ihre Kayserliche Majestät erwartende Resolution also würde beschaffen seyn, daß sie zu der Stände Contento und Stiftung des Friedens würde gereichen können.

N. I.

Dictat. Monast. 27. Septemb.
1648. sub Direct. Mogunt.

Notæ Cæsareanorum ad Instrumentorum Gallicum.

In Proemio deest Titulus Landgravius Alsatie.

§. Pax sit Christiana &c. inter Socios & Adhærentes omittitur: Rex Hispaniarum Catholicus &c. cum tamen e contrario inter Socios & Adhærentes Regis Christianissimi nominetur Regina Sueciæ.

N. I.
Der Kayserlichen Note über das Französische Friedens-Instrument.

§. Et ut eo sincerior &c. cum sequenti. Cum hic Articulus demum 10. hujus Mensis, Osnabrugis cum Servientio conclusus, adeoque impossibile sit, ut Imperator de eo ante 24. ejusdem notitiam habere, multo minus de super mentem suam declarare potuerit: Ideo Cæsareani responsionem suam in suspenso relinquere coguntur, donec de reliquis proprie ad Instrumentum Gallicum pertinentibus conventum fuerit.

§. Ut autem Jura &c. omitti debent, quia ad manus est Capitulatio Cæsarea pro Domino Electore Trevirensi expedita.

§. Cum Arrestum &c. Imperatoris factum non concernit, ergo omitatur.

§. Circa Causam Cassellanam &c. Omissa est Clausula: Quatenus Imperatori & Imperio non prejudicat.

In puncto Satisfactionis Gallicæ, verficulo: Item Rex Christianissimus &c. Termini solutionis mutari debebunt ad Annos 1649. 1650. & 1651.

Item ne Controversia inter Duces Sabaudie & Mantua &c. placet, inclusis verbis:

1648
Sept.

verbis: *Excepto tamen Pinarolo &c.* quibus addatur: *Regi Christianissimo Regnoque Gallie, ut supra cesso, reliqua usque ad verba, armis tueri, admitti nequeunt, quod cum Cesareanis nihil unquam fuerit actum, factique sint alieni & de hiscum ignoti.*

1648.
Sept.

§. *Ut autem omnium dissidiorum &c.* æquum est, Duci Mantuano de pecunia conventa satisfieri: sed Tractatus Cherascanus conventæ pecuniæ debitorem Ducem Sabaudia, non vero Regem Francia, constituit; ideoque Cesareani invito Mantuano, delegationem debiti admittere non possunt, maxime cum nulla hic securitas solutionis appareat.

§. *Cæsarea quoque Majestas decenter requisita &c.* placet usque ad verba: *remissa fuerant &c.* quibus immediate annecti possunt hæc sequentia: *Cum confirmatione quoque omnium & quorumcunque Privilegiorum, quæ Sabaudia Ducibus hætenus indulta fuerunt, quotiescunque a Domino Duce Sabaudia requirerentur & postulabuntur.* Expunctis illis verbis: *(Sicuti quoque Feudorum novelli Montfortis, Sinii, Moncherii & Castelletti cum appertinentiis, juxta tenorem Instrumenti acquisitionis ab eodem Duce Victore Amadeo factæ, sub 13. Octobr. An. 1634. & congruenter successionebus seu promissionibus nec non approbationibus Cæsareæ Majestatis.)* De his enim omnibus dudum lis pendens est in Judicio Aulico Imperatoris, expectandus ergo est litis eventus.

§. *Item conventum est, quod Dux Sabaudia &c.* cum sequenti §. *Item conventum est, quæ Cæsarea Majestas &c.* nihil de his neque in Pace Ratisbonensi, neque in Tractatu Cherascano continetur, & de omnibus dudum in Aula Imperatoris judicialiter decisum est, cui decisioni utique standum &c.

§. *Similiter declarabit Imperator &c.* Paci Ratisbonensi contrarius est, quæ cum quoad hæc contenta in Tractatu Cherascano revocata non fuerit, sed potius executive confirmata, æquum est, ut quæ Rex Christianissimus de servandis in Pace Ratisbonensi conventis Tractatu Cherascano rata esse vult, etiam hæc in parte valeant. Hisce rebus Italicis subnecti etiam debet restitutio Piombini, pro Domino Principe Ludovico, cum sit Feudum Imperii, isque nihil in Regem Christianissimum peccaverit, ob quod justo bello possessione sui Fendi spoliari potuerit.

§. *Salvis tamen iis &c.* omitti omnino debent verba hæc: *nec mentio Regis Catholici & nominatio Ducis Lotharingia in Instrumento Cæsareo Succico facta, minus prædicatum Landgraviæ Alsatiæ Imperatori attributum Christianissimo Regi ullum præjudicium afferant &c.* Nomine Imperatoris sint isti omnes Sui Majestatis Fæderati & Adhærentes, inprimis Rex Hispaniarum Catholicus, Domus Austriaca, Sacri Romani Imperii Electores, Principes, interque hos Dux Sabaudia, Dux Lotharingia cæterique Status, Libera & Immediata Imperii Nobilitas, & Civitates Hansæaticæ, Rex Angliæ, Rex Poloniæ, itemque Rex & Regna Daniæ, cum annexis Provinciis, ut & Ducatu Schlesvicensi, Respublica Veneta, Magnus Dux Hetruria, omnesque reliqui Principes & Respublicæ Italiæ, Ordinesque Fæderati Belgii & Helvetiæ Rhetiæque, Princeps etiam Transylvania.

Et quamvis ex parte Serenissimi Regis Galliarum includatur infra Rex & Regnum Lusitaniæ, Cesareani tamen declarant, se nullum alium Regem Lusitaniæ agnoscere posse, nisi Dominum Philippum Quartum Regem Hispaniarum Catholicum.